



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 9. Licet-ne in casu necessitatis se ipsum baptizare?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

omnes invocatio Trinitatis est de essentia forma, ideo hoc nullo modo subtrahi potest. Sed quidam dicunt quod expressio actus non est de substantia forma; unde si subtrahatur, facta sola Trinitatis invocatione, erit Baptismus. Sed contra hoc est Decretalis Alexandri Pape III. Quod si quis puerum in aqua merserit, dicendo, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti; si non dicat, Ego te baptizo, non est puer baptizatus; oportet enim quod per formam virtus Trinitatis invocata ad materiam propositam determinetur, quod fit in expressione actus. Similiter expressio persona baptizata est de substantia forma, quia per eum determinatur actus ad hunc Baptismum: & ideo si subtrahatur, non erit Baptismus; sed expressio persona baptizantis, dicitur quod non est de forma quantum ad necessitatem Sacramenti, sed ex institutione Ecclesia, ut intentio magis feratur ad actum illum; & ideo si omittat, erit Baptismus, sed peccat omittens.

Quaest. 9. Licet-ne in casu necessitatis se ipsum baptizare?

Resp. Non licet, ut ait Alexander III. relatus in Canone; cum enim consultus esset ab Episcopo Metensi, quid agendum esset cum Iudæo, qui in mortis articulo agens inter Iudæos qui eum baptizare noluerunt, se ipsum in aquam immerfit dicendo: Ego me baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Respondemus, ait Pontifex, quod cum inter baptizatum & baptizantem debeat esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur dicentis Apostolis: ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti; memoratus Iudæus est denuo ab alio baptizandus, ut ostendatur quod alius est qui baptizatur, & alius qui baptizat.

CAPUT IV.

Can. Debitum.  
De Baptif-  
110.